





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-566487-p0002-1

DFG

Jesu prævio,  
**RECTOR**

ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ,

# GOTTLIEB PELARGUS, S. S. Theol.

Doct. & Prof. Pub. Ord. nec non Facult. Theol.  
h. t. Decanus, Eloquentiæ item Prof. Extraord.

*Ad*

Debita, post catadromum Disputationis, in Utroque  
Jure Licentiaæ præmia spectanda,

*Quibus*

## SERENISSIMI ELECTORIS

annuente Clementiâ,

Nobilissimi porrò Ordinis Juridici suffragio,

*VIR*

*Spectatissimus, Nobilis, Amplissimus, Excellentissimus,*

Dn. PHILIPPUS JACOBUS

WOLFFIUS, J. U. D. ac Pandectarum Professor Pub.

nec non h. t. Facult. Juridicæ DECANUS,

*Virum itidem meritis Clarissimum, Consultissimum*

Dn. DAVIDEM SCHRÖDERUM,

Treptoâ-Pomeranum.

*die 21. Aprilis afficere contendet,*

*Omnes Reipublicæ doctæ Cives amanter invitati.*

*Typis ERASMI RÖSNERI,*

*Anno 1653.*

1653, 4

1028

18



*2. Cor. 1. 6. 14.*

*Chrysost. Com-  
ment. in I. cap.  
2. Epist. ad Cor.  
pag. mihi 748.*

Anta quondam Paulo exubē-  
rabat de suis auditoribus  
gratulandi materia, ut non  
minus gloriæ ab iisdem in se  
redundare pronūciaret, quām  
illi fortassis obtinuerint ab  
ipso. Hinc illa Cedro linenda verba reperimus:  
*Sicut aliquatenus agnovistis, nos gloriationem  
vestram esse, quemadmodum & vos nostra estis.*  
Cujus contextūs patheticum tenorem paulò  
prolixius aureo suo ore & more exprimit Chry-  
sostomus ita scriptitans. *Sitales appareamus, in-  
quit, nostra laus, vestra gloria est; Quemadmo-  
dum scilicet nos quoque dum vos laude atque glo-  
riæ floretis, exultamus, gestimus & coronamur,*  
*sequeamur. Atque hâc ratione coronas audi-  
torum suorum, apostolus, cum lumine qua-  
dantenus comparat, quo si quis aliquem, tradé-  
do, irradiat, ipse tradens ex percussu ejus simul  
illuminari assolet. Coronaverat enim illos*  
*nullo non disciplinæ optimæ decore ac virtuti-  
bus variis. Minime verò gentium cœlum ter-  
ræ aut terram cœlo miscebimus, quando ea,*  
*qua*

quæ sacro sensu hactenùs de jam dictis personis  
pronunciata fuere, ad quemvis laudatum do-  
centium audientiumque respectum deflecte-  
mus. Quilibet, intra erudita consortia, dignus  
factus ac dignè coronatus ab alio, ejus certissi-  
mè dignitas, corona & honor exstat, qui di-  
gnum reddidit dignèque coronavit. Quare  
nòn una gloriandi causa Academiæ nostræ, præ-  
sertim Nobilissimæ Facultati Juridicæ, emergit,  
quæ huc usque tot Viros, laurum feliciter meri-  
tos, summo laurū ornatu condecoravit. Inter  
alios edecumatâ qualitate ac Eruditione sin-  
gulari eminet *Vir Consultissimus, Clarissimus, Dn.*  
*DAVID SCHRÖDERUS J. U. Candidatus longè*  
dignissimus, hâc ipsâ septimanâ honore fertq;  
splendido cingendus. Hujus encomiorum  
telam orsus, subdubito à quo elogio primum  
filum detexam. Singula enim peculiarem sibi  
requirere operam, vel absque operosa indagine  
cernimus. Vitæ interim Ipsius initium ac prin-  
cipium, hoc est *Genus* præclarum ante oculos  
figere, volupe erit. Nam qvāvis de omni verè  
pio, & sic itidem de *Domino Cädidato* nostro affir-  
mare liceat, quod speciatim de Basilio Magno  
*Gregorius Nyssenus* exclamare gaudebat: *Genus*  
*quidem Illi familiaritas & necessitudo cum DEO;*

A 2

Patria

Gregor. Nyss.  
Tomo 2. operii  
Orat. funebri  
in laudem Ba-  
silij. pag. 929.



Patria verò virtus; tamen quantum de Natalibus Ejusdem nobis cognoscere datum est, fideliter recensebimus. Sic judicium Theodoreti, regis, verè regium, (quod dictante providentia sagacissimā concepisse sese, suo ipsius testimonio asleverabat,) de honoratissimo etiam Domino Candidato nostro prognostici in locū reponi posse, liquidè constabit. Ipse Theodori sermo talis est: *Providentiae nostrae ratio est, ex parentum virtutibus, prolis judicare successus.* Ut ergo ad seriem prosapiae Clarissimi Domini Schröderi descendamus, Patrem repertimus fuisse Virtum multò Prudentissimum, Domintum DAVIDEM SCHRÖDERUM, primarium Senatorem, ac mercaturā inter Treptovienses felicissimum, Provisorem insuper Templi Mariæ eodem in loco fidelissimum. Mater ibidem inclinuit studio virtutum earum, quas decor honestæ matronæ nunquam non requirere consuevit nempè GERTRUDIS Ktenen/ è familia vetusta, laudabili, imò Treptovienium civitati commendatissima, ortum deducens. Avus fuit Dn. IOACHIMUS SCHRÖDERUS, Camerarius Treptovij perspicax, dignissimus. Nec Aviam silentio præteribimus, MARGARETAM Beggerowen/ ex genere, Consulari dignitate, famigerato.

Horum

Horum Gignentium sanguine procreatus *Dn.*  
*Candidatus*, (postquam parentes, prospiciendo  
Ipsi de sancti lavaci usu, institutioni divinæ de-  
bitum morem gesserant,) educatione maturâ,  
& à teneris virtuti, atque virtutum omnium re-  
ginæ, pietati, dicabatur. Quare, sicut juxta  
*Cassiodori sententiam facundiam ac gravita-*  
*tem, Vina in vitibus, messem in semine, frondes in*  
*radicibus, fructus in ramis, arbores ipsas sensu*  
*contemplamur in nucleis: Ita statim, quos fru-*  
*ctus olim futuros Respublica sibi ab Eodem pol-*  
*liceri posset, in puerilibus annis Ejus, tanquam*  
*in semine & radicibus, animadvertere licebat;*  
*præsertim in subsidium succurrente ductu Præ-*  
*ceptoris exoptatissimi, *Dn. BARTHOLOMÆI**  
*VVOLFFENHAGENS*, tunc Rectoris Scholæ,  
nunc Pastoris, gregi *Rouvensi* ledulò advigilan-  
tis: Quem tantò majore cultu etiamnum dé-  
veneratur, quanto velociore in studiis succe-  
su indies, per tractum biennem, augmenta sibi  
addita eo tempore experiebatur. Sermonem  
Latii usitatum, vel (ut cum *Symmacho* dicam,) *Monetam Latiaris eloquij, puro stylo exprimere,*  
Isto docente, accurate didicerat: *Orationibus*  
*scribendis aptissimam admovere manum lau-*  
*dabiliter noverat: Logicæ habitum utilisi-*

*Cassiod. cap. 15.  
prologi in Psal-*  
*mos.*

*Symmach. lib. 1.  
Epist. 3. pag.  
m. 17.*

mum perceperat, ut tandem, Domino Parente  
sic disponente, ad celebriores scholarum cœtus  
ablegaretur: Cūm anno nimirūm à partu vir-  
ginis millesimo sexcentesimo trigesimo nono  
Sed in mitteretur, ubi disciplinæ Clarissimi,  
Dn. JOHANNIS MICRAELII, Rectoris scholæ,  
tradendus sistebar, à quo non leviter eruditio-  
ne exornatus recessit, elapsò spatio annuo.  
Inde Hamburgam perrexit, quo in loco bien-  
nium cum additamento sex mensium commo-  
ratus fuit, ac Professoribus in Gymnasio  
publicè legentibus in abruptam audiendi ope-  
ram probavit; privatis insuper collegiis fre-  
quentem sese addixit; docendo insuper alios,  
cognitionem ex Philosophiaæ disciplinis practi-  
cis plenam hausit, imbibit. Ut verò ingenij sui  
vires venasque sollicitiore industriâ exploraret,  
præter alia Disputationum genera, Dissertatio-  
nem de Beatitudine Politica sub umbone præ-  
sidentis Viri Clarissimi, Dn. M. BERNARDI  
V V E S E N B E C I I Anno 1642. Instituit, typisque  
editam oculis doctis expoluit. Non longulis  
ab eo spatio spatiis, quando ætas, & intentio  
animi, Academica quoque studia urgebat su-  
peraddenda, V Varnenses Athenas primò salu-  
tare præoptavit: Cujus voti compos factus,

Profes-



Professores ibidem multos, Magistros, nec non  
jurium Candidatos, tam iura quam aliquas  
Philosophiae partes explicantes, attente audivit.  
Interim a Cæsarianis copiis nihil non turbarum  
ac periculorum bellicorum Patriæ Ipsius inten-  
tabatur. Accedebat subitu si Dn. Parentis ob-  
itus, quæ omnia simul tunc pensiculanda ani-  
mum Dn. Candidati in varias cogitationes dis-  
traxerant. Quā ob causam in illis Lyceis ultra  
annum & semestriē decursum conimborari nul-  
lus poterat; sed tot ac tantis stimulis, voluntate  
etiam Dominae Matris, excitatus in patrias o-  
ras revertebatur. Aliquot post menstruos or-  
bes, agnatis recte consulentibus, Viadrihas ad  
Mulas appulit. Ast quantus tunc adhuc Senio-  
rum Professorum confessus, quantus splendor,  
quanta authoritas spectabatur! In primis fa-  
ventiæ ac diligentia Viri Nobilis, Amplissimi,  
Consultissimi Domini Doctoris CoE A S II, De-  
cretalium Professoris & Juridicæ Facultatis Or-  
dinarij sese devoverat. A quo solidâ doctrinâ  
instructus verum esse cognoscebat, quod Eru-  
ditorum ore per crebrescit: Nempe, conversa-  
tionem cum doctis unguentariæ tabernæ simi-  
lem esse, ex qua semper aliquid fragrantia re-  
portatur in eo & ab eo qui in illam tabernam  
descen-



descendit ; quam literarum fragrantiam, cum  
aliis porrò familiariter agendo, magis magisq;  
ad auxit. Quali fervore Virum Nobilem & Am-  
plissimum, Dn. Doct. BRUNNEMANNUM, iis  
annis Codicis Professorem celeberrimum, Pa-  
ratitla V Vesenbecij explicantem, privatim insu-  
per novem libros Codicis ventilantem, audi-  
verit, in memoriam optimè regredimur. Non-  
dum obliteratum nobis est Juris feudalis colle-  
gium, à Jurisconsultissimo Dn. Doct. HEN-  
NINGO GROSSIO institutum, cui se frequentem  
stiterat : Nondum ante oculos nostros versari  
desiit publica Dn. GROSSI Institutionum lectio;  
Nondum illa juris civilis ad moderna tempora  
accommodatio : Nondum Clarissimi Dn.  
SCHRÖDERI de Fidejussoribus eorundemque  
beneficiis Disputatio, præside Dn D. GROSSIO,  
habita. Exultus denique tot exercitorum ge-  
neribus Dn. Candidatus, praxin mox theorix  
suæ, amicabili connubio, jungere gestiebat.  
Qua de cœla ad Cüstrinense Dicasterium se  
conferre animum induxit, & quidem secundo  
flumine illuc devectus fuit: Siquidem Ipsi inter  
Advocatos celebres vivere, tam mensa quam  
alia conversandi occasio concessit. Totos dies  
litigantium voces, judicantium sententias au-  
ribus



ribus haurire. Eidem contigit. Cum emensus  
esset semestris curriculi tempus, vocante Dn.  
Sororio, Viro Nobili, Gravissimo necnon Consul-  
tissimo, Dn. MARTINO VVEBERO, Praeside  
provincialis judicij in tractu Schieffelbeinensi,  
Schieffelbeiniam progressus est. Quemadmo-  
dum grati animi natura consuevit, recordari  
nunquam cessat eorum beneficiorum, quibus  
per integrum anni continuationem Dn. Soro-  
rius ipsum adjuvit. Quid attexam? Vir tot ex-  
perimentis subactus, dignus erat, qui, absque  
interveniente ullius dubij alea, officia honestis-  
sima subiret. Quicquid autem fuerit, placebat  
ei exteris gentes, gentium mores, morum rati-  
ones penitus indagare. Id quod facturus, Gro-  
ningam venit, Anno 1648. Franequeram adiit,  
ubi semestri continuatione permanens privati  
intra collegij recessus Clarissimum Dn. D. JA-  
COBUM VVISSENBACHIUM, Jur. Professo-  
rem, VVelenbecij paratitla enucleatè propo-  
nentem, audire sedulus pergebat. Hinc Lugdu-  
num Batavorum se conferre properavit, ex co-  
gnitione Celeberrimorum Juris consultorum,  
Dn. BERNHARDI SCOTANI, ARNOLDI VIN-  
NIL, JACOBI MÆSTERI, atque plurium, the-  
saurum eruditionis majorem sibi comparatu-

B<sup>o</sup> rus:

supails



rus: Quorum omnium affectu ita excipiebatur,  
ut summos in honores extolli facile potuisset  
nisi modestè eos renuendo, sibi temperasset:  
Potius, valere jusso eo loco, *Frisia*, *Hollandia*,  
*Selandia*, *Flandria*, *Brabantia*, *Geldria* civitati-  
bus atque Academiis perlustrandis cursum su-  
um destinavit. *Ultrajectensia* mœnia, *Ant-  
werpensis*, *Lovanensis*, *Hardervicensia* itine-  
re suo spectare gavilus est. E quibus, cum Mat-  
tia crudelitas longiorem peregrinandi licen-  
tiam denegaret, iterum ad nostras Academias  
Iedes reversus fuit, quas integri triennij durati-  
one constans prælentiâ suâ veneratus est. Data  
tamen aliquando occasione, ad *VVittenbergen-*  
*sem*, *Lipsiensem* ac *Pragensem* locum, quasi facto  
diverticulo, excurrere voluit. Qualem se hic  
inter nostrates præstiterit, testimonia honori-  
fica declarant, præsertim eorum, quorum in  
ædibus vixit. Facile palpi suspicionem evita-  
verò, etsi prolixioribus affirmavero *Honoratissi-  
mum Dn. Candidatum*, quam diu domicilij mei  
usibus frueretur, vitam vixisse pietate verâ, ho-  
nestate conspicuâ, sedulitate mirâ, humanitate  
laudandâ condecoratam. Non intimabo nunc  
Collegia, quæ aperuit; lectiones, quibus studi-  
osam juventutem insigni adiumento edocuit,  
aliamque



aliaque exercitiorum specimina, quibus incla-  
ruit. Si omnia æquo judicio metiri meditemur,  
dignissimum omnino cœtus eruditus judicat,  
cui aditus pandatur ad Honoris ædes amplissi-  
mas. Quod proximè continget, dum *Specula-*  
*tissimus Facultatis Juridicæ Decanus splendidam*  
*Licentia in Jure Utroque laurum* *Eidem ad*  
*diem 21. Aprilis, conferre paratus est.*

Qui hactenùs amore syncero Dn.  
SCHRÖDERUM amplexi fuistis, *Cives A-*  
*cademiæ florentissimi, Honorib⁹* porrò Ipsí-  
us affurgite. Frequentiâ vestrâ ACTUM  
tum DISPUTATORIUM, tum PROMOTIO-  
NIS CELEBRITATEM magis magisque  
exornate: Exornate ac veneramini eum,  
qui haud exiguo ornamento nostræ fuit  
Academiæ atq; futurus est. Gratitudi-  
nem, quam tacito pectore jam concipit,  
opere manifesto depromet. Fundite  
certatim preces pro Academiæ hujus  
Conservatore Clementissimo, ELECTO-  
RE SERENISSIMO, ejusq; medullitùs ad-  
amata CONIUGE. Circumvallet inte-  
gram domum Brandenburgicam divina  
ubiq;



ubiq; bonitas, omnisq; generis prosp-  
ritas. Deniq; sic agite, ut, cùm olim  
Ecclesiastæ fideles testimoniis suis con-  
ditionem vestram detegere jubebuntur,  
non aliâ nisi Pauli voce, exclamare ve-  
lint valeantque. ; Agnovistis nos glo-  
riationem vestram esse, quemadmodum &  
vos nostra estis in die Domini Iesu.

SCHRODERVM AMPLEXI LUNIS, CIRCA A.  
V. Q. 1711  
G. P. D.

**ULB Halle**  
006 558 364

3



VD17



